




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-557198-p0001-4

DFG



Conclusionum Forensium

EXERCITATIO XXIII.

Ad Lib. XII. Digest. Tit. II. & III.

Quam,

Divina Gratia Favente,

P R A E S I D E

WOLFGANG - ADAMO Lauterbach /
U. J. D. & Professore,

Placido Eruditorum Examini,

Ad diem 30. Decemb.

proponit

DANIEL Koch / Memming.

T U B I N G Æ,


Typis JOHANN. HENRICI REISI,

ANNO M. DC. LXV.

1665, 8.

27





¶ (3.) ¶

Conclusionum Forensium

EXERCITATIO XXIII.

Ad Libr. XII. Digest. II. Tit. III.

I.

Conditio jurisjurandi in conventionibus & contractibus admittitur, & negotium facit conditionale, etiamsi futurum quid faciendum vel dandum respiciat vel contineat: (a) in ultimis vero voluntatibus, etiam mortis causa donationibus, tanquam turpis regulariter relictur, & a Pratore remittitur, (b) ita ut hujusmodi dispositiones pro puris habeantur, & illarum dies ex tempore mortis cedat; (c) quamvis factum sive rem, quam quis juramento iussus est promittere, omnino praestare teneatur, nec relictum prius efficaciter petere possit. (d)

- a) l. si quis cum debitore. ff. de jurejur. Petr. Loriot. in l. 4. ff. dejurejur. n. 5. ubi tamen seq. n. 6. in fin. ex parte dissentit.
- b) l. 8. ff. de condit. instit. l. 112. 6. fin. ff. de Leg. 1.
- c) l. 5. §. 3. ff. quand. dies leg. ced. Brussel. tr. de condit. lib. 4. tit. 2. num. 8.
- d) d. l. 8. §. 6. de condit. Instit. l. 26. ff. de condit. & demonstr. Loriot. d. l.

II.

Qui se Titiam ducturum juravit, ille eandem & ob praecedentem, quam ignoravit, & subsequentem fornicationem bonâ conscientiâ repudiare potest.

vid. Carpzov. Iurupr. Eccles. lib. 2. def. 187. & seq. Diff. Petr. Loriot. in l. 10. n. 3. ff. de jurejur. per cap. quemadmod. X. de jurejur.

III.

Qui juravit se insulam ædificatum, ille interesse praestando liberatur, nec præcisè ad factum illud compellitur.

arg. l. 13. inf. ff. de re judic. l. fin. C. de non num. pec. Panorm. in cap. veniens. X. de jurejur.

Z 2

Qui.

IV.

Qui licitum juravit, quod illicitum credit, præstare debet promissum.

c. 18. & dejurejur. Petr. Loriot. in l. 11. ff. de jurejur. n. 3.

V.

In confessu est, hodiè non tantum in augustissimo Cameræ Tribunali, verùm & aliis plurimis Statuum Imperii Dicasteriis & curiis (a) regulariter permisum esse, ut quis juramentum possit præstare per procuratorem speciale ad id mandatum habentem: an verò ob juramenti personalitatem id fiat recte & efficaciter, nonnulli in dubium vocant: putamus autem juramenti essentiæ absolutè non repugnare, si quis bene deliberatam suam mentem & voluntatem jurandi atque Deum in testem & perfidiae vindicem invocandi, quoad effectum juridicum etiam corā hominibus, sicuti per literas sive epistolam, & alia æquipollentia signa, (b) ita etiam per procuratorem, non quidem ut verum, sed ut per nuntium tanquam vocis suæ organum & nudum ministerium præstantem, explicit. (c)

a) vid. Ord. Cam: p. 1. t. 65. 66. Rec. Imp. de an. 1554. §. über diese Verordnen. Würt. Landr. p. 1. tit. 26. §. und ob ein procurator. it. tit. 27. §. und soll solcher Eyd. vid. Carpz. in I. F. p. 1. c. 12. def. 39.

b) vid. l. 3. C. si min. se maj. dix. l. 6. de R. C. l. 9. 5. si quis nomen. ff. de hered, instit.

c) hoc enim etiam in iis, quæ personalia sunt, fieri posse, probat c. ult. de procur. in 6. Negandum tamen non est, magis prospectum iri & conscientiis & Reip. si partes juramenta, præsertim judicialia, præsentes & in propriâ personâ præstare cogantur, per rationes, quas latè adducit Oldekop. in speciali dissert. de jurejur. in alter. an. & statuta talia, quibus ad hoc partes adstringuntur, laudat Bruñem. ad l. 2. §. 3. C. de jurejur. propt. cal.

VI.

Juramenta, quæ in tertii præjudicium non redundant, nec observata vergunt in dispendium æternæ salutis, atque sic sine peccato adimpleri possunt, Jure Canonico (a) hâc in parte hodiè approbato valida sunt & servanda, licet illis promissa jure positivo sint invalida; (b) quo tamen in casu per hujusmodi juramenta negotia & actus per se

per se nulli non confirmantur & validi redduntur, sed jurans solummodo religionis vinculo & conscientia, non ex justitia & natura contractus ad promissa praestanda adstringitur.

- a) c. 28. de jurejur. c. 2. de pact. in 6.
- b) contra dispositionem juris civilis in l. 7. §. 16. ff. de pact. l. 5.
C. de LL. l. 112. inf. ff. de Leg. 1.
- c) arg. l. 5. C. de LL. arg. c. si diligent. de for. comp. c. venientes, de jurejur. Franzk. lib. 2. Res. 6. n. 11. seqq. Carpz. p. 2. c. 15. d. 1. infin. Bas. Pontius tr. de Matrim. in lib. 12. c. 8. §. 7. per tot. Diss. Bachov. ad Tr. v. 1. d. 21. θ. 1. lit. b. verb. de donatione inter virum.

VII.

Asseveratio auf meinen Eyd / bey meinem Eyd / deliberate ad dicti vel promissi sui confirmationē spontē vel ad mandatum Iudicis facta, puta si Judex dicat: promitte juratus, gelob an auff dein Eyd / & alter annuat & promittat, verum quidem juramentum esse censetur. (a) in causis tamen, quæ corporale & solenne juramentum ein zierlichen/ gelehrten/ leiblichen Eyd requirunt, non sufficit. (b)

- a) Layman. in Theol. mor. lib. 4. tr. 3. c. 2. n. 1. Rauchb. 2. q. 2. n. 63. secus hoc est de Jure Canon. propter c. pen. X. de jurejur. & ibi Canis. Covarr. in quamvis. de pact. in 6. p. 1. præf. n. 8. inf. & n. seq.

- b) Barschamp. de claus. c. 30. §. 1. Carpz. p. 2. c. 16. d. 6. Rauchb. 1. quæst. 34. n. 16.

VIII.

Sicut nec illa, quæ fit loco juramenti, an Eydeshstatt/ an recht Geschwornen Eydeshstatt/ (a) quæ, quamvis juramento proximè accedit, juramentum tamen verum non est. (b)

- a) Barschamp. de claus. c. 36. §. 1. Carpz. I. F. p. 2. c. 16. def. 6. Rauchb. 1. q. 34. num. 16.
- b) v. Bachov. ad Tr. vol. 1. Disp. 21. θ. 1. lit. a. verb. vulgata. Cothman. vol. 4. R. 4. n. 338. Græv. 2. concl. 59. num. 35. Rutg. Rul. de Commissar. p. 2. lib. 2. cap. II. num. 31.

I X.

Obligatio religionis erga D E U M, quæ ex ipso juramento quâ tali oritur, ad hæredes jurantis non transit, unde nec illi ad promissi jurati impletionem sub reatu perjurii tenentur, nec si quid contra illud fecerint, perjuri sunt, (a) etiamsi jurans expressè quoque

Z 3

hæredum

hæredum mentionem in juramento fecisset; (b) hinc quoque infertur, quod hæres jurantis ad effectum agendi vel excipiendi juramenti à defuncto præstigi relaxationem petere necesse nō habeat. (c)

a) hanc sententiam probant consuetæ in Germaniâ juramenti solennis formulæ: *So wahr mir Gott helfe / als mir Gott helfe.* Ames. de consc. lib. 4. c. 22. n. 32. Layman. Theol. Mor. lib. 4. tr. 3. c. 10. n. 3. Carpz. p. 2. c. 36. d. 7. n. 4. ubi in fin. etiam Lipsiensis ita pronunciâsse refert: *Über diß auch das jurament so einer Mutter geleistet / Euch nicht verbindet.* Seraphin. de privil. juram. priv. 68. num. 3. & ibi Benekendorff. Molin. de I. & I. 2. Disp. 150. Grot. l. 2. de I. B. & P. c. 13. n. 17.

b) nemo enim sine speciali mandato in alterius animam jurare potest Zoës. in comm. π. tit. de jurejur. n. 83.

c) Guid. Pap. decis. 104. num. 4. Carpz. d. def. 7.

X.

Etsi Tutor, si vel juramentum ipsi sit delatum, vel adversarius consentiat, ad jurandum volens admittatur, nolens non compellatur: (a) si tamen nomine pupilli in foro caussam agens parti adversæ jusjurandum detulerit, ipsemet juramentum calumnia speciale, quod alias malitiæ vocatur, præstare obstrictus erit; (b) nec differendus est actus usque dum pubes factus fuerit pupillus, protut in juramento litis decisorio pupillis delato, si ipsi sponte jurare nolint. (c) fieri solet.

a) arg. l. 3. ff. de in lit. jur. Bach. ad VVes. de jurejur. n. 4. Hahn. ibid. in fin.

b) arg. l. 1. C. de jurej. pr. column. arg. L. 13. C. de judic. quod & in Foro Saxon. observatur, non obstante eo, quod in illo foro omne juramentum in propria personâ sit præstandum. v. Carpzov. in processu tit. 12. art. 1. §. 6.

c) vid. l. 34. §. 2. de jurejur. vid. laud. Carpz. in proc. tit. 11. art. 2. n. 14. seqq. X I.

Adjuramentum purgationis priùs haud devenitur, nisi adsint sufficientia indicia & præsumptiones; ex quo infertur, solam stupri & imprægnationis confessionem per se tam firmum indicium haud præbere, ut propterea stuprator Matrimonii promissionem negans de non factâ promissione juramento purgationis gravari debeat, ad quod tam facile non est properandum.

vid.

vid. Joach. à Beust. *de sponsal. & matrim.* p. 1. c. 47. qui pro contrariâ sententiâ Protosynedrium Dresdense olim pronunciâsse refert, à quâ tamen hodiè recessit, teste Carpzov. *in Iurispr. Consist.* lib. 3. def. 47. ubi & ipse à sententiâ recedit, quam priùs defenderat & præjudiciis confirmaverat *in I. F.* p. 1. c. 22. def. 4. & latius *in pract. Crimin.* p. 2. q. 68. num. 96.

XII.

Sicuti nemo juramentum voluntarium deferre, ita etiam nemo juramentum delatum invitus suscipere cogitur, sed liberè recusare potest, (a) quapropter etiam qui tale juramentum defert, de calumniâ jurare non tenetur. (b)

a) arg. l. 17. pr. *de jurejur. junct. l. 5. C. de O. & A. Borcholt. de jurejur. c. 7. num. 1.* Beust. *in rubr. de jurejur. n. 23. & 53. Diff. Bachov. ad Tr. vol. 1. Disp. 21. θ 19. lit. b.*

b) Borch. d. tr. c. 2. n. 8. Beust. *in d. rubr. n. 75. Schneidw. §. 11. I. de action. Diff. Franzk. in comm. ad π. de jurei. n. 99. Bo- cer. cl. 6. Disp. 18. θ. 53.*

XIII.

At qui detulit, regulariter revocare non potest, (a) dum modò novæ non supervenerint probationes. (b)

a) arg. l. 5. C. de obl. & act. Carpz. p. 1. c. 12. def. 4. Bach. *ad Treutl. vel. 1. Disp. 21. θ. 8. lit. c.*

b) arg. l. 11. C. de R. C. Carpz. d. l. Diff. Franzk. *in Comm. π. d. tit. n. 94. seqq.*

XIV.

Deferens judiciale juramentum, eisf nihil omnino probaverit, nihilominus auditur, (a) eo quoque in casu, quo aggressus est probationem & in eâ defecit. (b)

a) per texx. *in l. 35. pr. de jurejur. l. fin. C. de fideicom. l. 25. §. pen- de probat. l. 11. §. 1. rer. amot. l. 12. pr. C. de R. C. Carpz. in l. F. p. 1. c. 12. def. 2. & lib. 1. Resp. 77. & de proc. tit. 11. art. 1. Vinn. lib. 1. select. quest. 42. Berl. p. 1. c. 29. n. 8. Diff. Bachov. ad Tr. vol. 1. D. 21. θ. 9. lit. c. Mestert. *ad l. 31. ff. b. t. in var. tract. quest. an reus judiciale recusare posset, si actor nihil probaverit.**

b) arg. l. 11. l. 12. pr. C. de R. C.

X V.

In actione recantatoriâ, cum criminalis propriè non sit, (a) ju- dicialis juramenti delationi locus erit (b)

a) uti

- a) uti pluribus probat Carpz. in pract. crim. p. 2. q. 94. n. 50. Herm. Vultej. in l. R. l. 2. c. 19. n. 53. Prosp. Farinac. p. 3. oper Crimin. q. 105. n. 71. & 77. Harppr. in §. in summa 10. n. 64. I. de in jur.
b) Dissipse Carpzov. 3. Resp. 44. & cum ipso plures alii.

XVI.

Obstrictus est Judex decernere juramentum suppletorium, si alia ratione causam decidere nequeat, adeo, ut nisi deferat, ab eius sententiâ appellari possit.

vid. l. 3. C. de R. C. Carpz. p. 1. c. 23. def. 2. & de proc. tit. 12. art. 2. n. 16. & seqq. Beust. in l. 31. de jurejur. Setser. de juram. lib. 4. c. 11. num. 8. Mynsing. 1. obs 39.

XVII.

In questione, an auctore nil probante juramentum deferri possit, inter iuramentum necessarium & judiciale nullam diversitatis rationem subesse putat Petrus Loriotus, (a) quam tamen nos in aprico positam esse existamus. a) in l. 2. ff. de jurejur. num. 4.

XVIII.

Iuramentum etiam necessarium seu suppletorium adversario ex justâ causâ referri posse, docet quidem Petrus Loriotus, (a) sed sine sufficienti ratione. (b)

a) in l. 2. ff. de jurej. n. 3. per l. generaliter. §. 1. vers. sed iuramento. C. de R. C. b) propter c. ult. X. de jurejur. Bachov. 1. d. 21. th. 16. lit. d.

XIX.

Iuramentum Calumniæ generale, quamvis abrogari possit, & in Foro Saxonico jam pridem sit abrogatum, nihilominus tamen in Camerâ Spirensi, & plurimis aliis Imperii Provinciis adhuc est in viridi observantia, (a) præstaturque non tantum in causa Civili, sed etiam Criminali. (b)

a) Ord. Cam. p. 1. t. 65. Rec. Imp. de anno 1654. §. Über dises verordnen wir. Würt. Landr. p. 1. tit. 26.

b) per l. 2. pr. C. de jurejur. propt. calumn. c. 2. §. fin. eod. in 6. 2. Feud. 10. Harppr. in pr. I. de publ. jud. n. 13. Klock. tom. 3. cons. 191. num. 41. Damhoud. prax. Crimin. c. 128. n. 3. & 4 Bocer. cl. 6. Disp. 18. th. 15. lit. f. Berl. 1. concl. 31. n. 27. Bruneman. in proc. Civili c. 15. n. 15. ubi n. 16. subiicit, à Reo criminis capitalis ob periculum perjurii hoc iuramentum non exigi.

XX.

Iusjurandum in item affectionis, in bonæ fidei actionibns directis locum habet, (a) à quibus nec Empti judicium erit excipiendum. (b)

a) l. 5. pr. de in est. jur.

b) arg. l. 8. ff. de in est. jur. O. Tabor. & Coll. I. A. h. t. th. 6. n. 1. Plot. tr. de in est. jur. §. 4. n. 58. & seqq. Diss. Borcholt. tr. de in lit. jur. c. 4. n. 70. & seqq. qui tamen nostram communem esse ipse testatur, Bachov. ad Tr. v. 1. D 2. th. 12. lit. a.

X2615924


VdA7



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-557198-p0012-5

DFG



B.I.G.

Farbkarte #13

Lauterbach /

ng.

EISI,

1665, 8.

27

I. & III.